



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.25. Chorepiscopi tolluntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

futurum, ut justissimæ severitatis exemplo plurimorum temeritas coerceretur. Sæculum IX.  
A. C. 803.

Hujus causæ exitum ignoramus, nisi quod legamus, Tribunos Venetos curasse, ut in locum Joannis Fortunatus Patriarcha Gradensis eligeretur, cui Leo Papa Pallium misit cum Epistola 21. Martii Indictione undecima nempe anno octingentesimo tertio Caroli Imperatoris tertio data. Unde perspicimus, Papam a tempore ejus Coronationis annos a Regno ipsius sicut antea a Regno Imperatorum Constantinopolitanorum adnotasse.

## §. XXV.

*Chorepiscopi tolluntur.*

Eodem anno Paulinus, ut Leonis Papæ *Baluz. not.*  
Vicarius frequenti Concilio, Regis *in capit.*  
Caroli jussu Aquisgrani celebrato, & sub *p. 1058.*  
finem anni superioris octingentesimi secundi inchoato, præfuisse creditur, de quo nobis superest Capitulare completens septem Articulos, maxime ad Chorepiscopos pertinentes. In eo Imperator loquitur in hunc modum: *Sæpe* <sup>*to. I. p. 379.*</sup>  
*fastidium nobis crearunt querelæ contra* <sup>*c. 4.*</sup> *VII. cap. 200*  
*Chorepiscopos non semel, aut bis terve* <sup>*al. 187.*</sup>  
*sed frequentissime, nec solum a Clericis,*  
*sed etiam a Laicis allatæ. Presbyteri,*  
*Diaconi & Subdiaconi ab Episcopis*  
*ordinati æquales illos recipere nolebant,*  
*quos*

Sæculum IX. quos Chorepiscopi ordinasse se dicebant,  
A. C. 803. Laici ejusmodi Presbyterorum Officiis  
 interesse volebant, nec liberos suos a  
 Chorepiscopis confirmari sinebant.

Huic disceptationi finem imposituri  
 statuimus consulere Sacram Sedem secundum  
 Canones, quibus præcipitur, ut causa  
 majores ad eam deferantur, missusque  
 ad Leonem Papam Arnonem Archi-  
 episcopum, qui præter alia etiam hanc  
 Quæstionem ei proponeret, a nostris Epi-  
 scopis deinde secundum sententiam Papæ  
 definiendam.

Ille jussu & nomine Papæ ad nos re-  
 tulit; hanc Quæstionem jam prius sæpius  
 ab Antecessoribus suis & in Conciliis fuis-  
 se decisam, videlicet Chorepiscopis non  
 esse potestatem Presbyteros, Diaconos,  
 Subdiaconos ordinandi, nec Ecclesias de-  
 dicandi, consecrandi Virgines, confirman-  
 di, aut quocumque alio officio Episcopali  
 defungendi, sed omnia quæ facere atten-  
 tassent, a Legitimis Episcopis esse reno-  
 vanda, nec timendum, ne illud reiteretur,  
 quod initio nullum fuisset. Tandem Pa-  
 pam præcipere, ut damnarentur omnes  
 Chorepiscopi & in exilium mitterentur.  
 Nihilominus approbavit Pontifex Epi-  
 scoporum nostrorum lenitatem, qui eos in  
 ordine Presbyterorum esse concesserunt,  
 ea conditione, ne posthac ullo munere E-  
 piscopali

*piscopali fungi audent, sub pœna depositionis.* Sæculum IX.  
A. C. 803.

Hæc in Concilio Ratisbonensi Auctoritate Papæ habito statuta fuerunt, atque ibidem declaratum, Chorepiscopos non esse Episcopos, eum nec ad certam Sedem obtinendam, nec a tribus Episcopis ordinati sint. (\*)

Imperator prosequitur: *Ex sententia Leonis Papæ, omnium Episcoporum nostrorum, aliorumque subditorum præcepimus, ne ullus Chorepiscopus possit Confirmationem conferre, Presbyteros, Diaconos aut Subdiaconos ordinare, Virginitatem velamen Sacrum dare, S. Chrisma conficere, Ecclesias aut Altaria consecrare, aut in Missa publica populo Benedictionem impertiri. Si ea fecerit, omnia nulla sint, & Chorepiscopus transgressor ab omni gradu Ecclesiastico deponatur, quia istæ Actiones Episcopis competunt, & Chorepiscopi tantum Presbyteri sunt.* c. 5. VII. cap.  
424.

Itaque Episcopi rursus confirmant, aut ordinent illos, quibus manus imposuerant, & sic etiam de reliquis, sine ullo metu, ne Sacramenta reiterentur. Hæc Disciplina illis est consentanea, quæ in antiquis Conciliis Ancyrano & Neocæsariensi c. 6. VII. 424.  
Sup Lib. X.  
§. 16. 17.  
Ancyr. c. 16.  
Neoc. c. 14.  
si Ant. c. 10.

(\*) Nempe ex his, tanquam signis, conjiciebatur, ipsis Ordinem Episcopatus non fuisse collatum.

Sæculum IX. si decreta fuerant, ubi Chorepiscopi i gradu Presbyterorum collocantur; sed nec Canon Antiochenus, si bene intelligatur, iis altiorum gradum concedit. Verum Decretum istud Concilii Aquisgranensis non illico effectui datum, & consuetudo habendi Chorepiscopos adhuc dum plus uno Sæculo obtinuit, donec tandem circa medium Sæculi decimi tam in Oriente quam in Occidente sublata fuerit. Res erat difficilis, Chorepiscopos intra limites suos continere, & præterea Episcopi vel negligentes vel rudes non ægre, quod sui erat Officii, in aliorum humeros rejiciebant.

*Boll. to. I.*  
*p. 713.*

*to. 7. Conc. p.*  
*1122. ap. Alc.*  
*p. 1873. de*  
*Salut. Doc.*  
*to. 6. Aug.*  
*ap. p. 193.*  
*Valafr. de*  
*reb. Eccles.*  
*c. 25.*

His non diu superstes Paulinus obiit anno 804. undecima Jan. qua die inter Sanctos colitur. Plures ab eo Libri ad nos usque pervenerunt, quorum memorabiliores sunt, Tractatus de Trinitate contra Felicem & Elipandum, dictus *Sacro-syllabus*. Tres Libri contra Felicem. Liber de Monitis salutaribus ad quemdam de Ordine Comitum directus, quem diu S. Augustini Opus esse crediderunt. Paulinus Hymnos præsertim in Missis privatis & circa Consecrationem frequenter recitasse dicitur.

§. XXVI.

*Episcopi a Militia immunes.*

Anno octingentesimo tertio exeunte  
Carolo